

Nos igitur — multos propter hoc et diversos cum capitulo nostro super unione huiusmodi facienda, certis super eo indictis capitulis tractatus habuimus et tandem certo certius invenimus, quod cum ecclesia in Lubbin plures redditus et bona a se longe distantes et distantia habeat, sicque per consequens per aliquem rectorem alium adeo utiliter et bene quam per archidiaconum Lusatiae occasione iurisdictionis ecclesiasticae, quam per totum archidiaconatum habere noscitur, gubernari et conservari nequeat in suis iuribus et honore, et etiam ipse archidiaconatus non solum tenues immo nullos pene certos redditus obtineat, non solum utilitas, verum etiam evidens necessitas utriusque beneficii tam archidiaconatus quam ecclesiae in Lubbin praedictorum in causa esset, quae animum nostrum movere merito deberent ad petita concedendum, et ideo nos tam pium tamque devotum dicti principis propositum praefatique domini Conradi archidiaconi supplicem interventum audientes ipsumque effectu frustrari indignum aestimantes, praedictam praeposituram sive parrochiam ecclesiam in Lubbin cum agris cultis et incultis, villis, pratis — cum iure patronatus — archidiaconatui Lusatiae praelibato propter ipsius paupertatem notabilem de unanimi et concordi capituli nostri consensu incorporamus — iuribus episcopalibus consuetis dumtaxat pro nobis et nostris successoribus episcopis Misnensibus et legatorum sedis apostolicae procuratoribus, necnon congrua de ipsius ecclesiae proventus pro presbytero eidem ecclesiae deservire debenti pro tempore portione inibi reservatis. Et ne tractu temporis oblivio etc. — Actum et datum in castro nostro Stolpin anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo secundo in die beatorum Ypoliti et sociorum eius martyrum, quae fuit XIII. dies Augusti, praesentibus strenuo milite Nicolao dicto Kuchenmeystir avunculo nostro, necnon honorabilibus viris Lutoldo de Stuternheim et Siffrido Hanfmuz<sup>1)</sup> canonicis ecclesiae Wurczinensis, Petro de Medewicz curiae nostro magistro et Theoderico de Kempnicz notariis et capellanis nostris et aliis servitoribus et clientibus testibus ad praemissa vocatis.

Et nos Albertus praepositus, Theodricus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis — unanimiter et concorditer consentiendum duximus et consensimus et in eiusdem consensus nostri evidentiam sigillum capituli nostri huic paginae decrevimus appendendum.

Nach zwei Originalen im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Bischofs und des Capitels an Pergamentstreifen.

1) dicto Hanfmils B.

No. 542. 1362. 18. Oct.

*Burggraf Heinrich zu Leisnig eignet der Domkirche zwei Hufen zu Gryna.*

Wir Heynrich burkgrafe vnd herre czu Lysnig bekennen offinlich in dissem brife, das wir durch got vnd durch dinst wille des erber herren meistir Ditterichz techand czu Misne geeyngint haben vnd in dissem brife eygen der kirchen vnd deme tûme czu Misne, odir wo her das selbe gut durch got hin geben wil, czwu hufen in deme dorfe czu Gryne<sup>a)</sup>, dy Apez Windische vnd sin mûter gesessen czu Lom-

a) Vgl. no. 531 u. 533.